

# Beiheft

S. 70

1296 Juli 19.

[34]

Der Prior in Flaesheim und der Pleban in Dorsten teilen dem Erzbischof Sigfried von Köln die Ausführung seines Mandats mit.

Reverendo in Christo patri et domino, domino suo S. sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, sacri imperii per Ytalam . . archicancellario, . . prior

monasterii in Vlarshem et Macharius plebanus ecclesie in Durstene reverentiam debitam in omnibus et honorem. Reverende paternitati vestre presentibus cupimus esse notum, quod mandatum vestrum, cuius tenor talis est (folgt Urkunde von 1296 Juni 30), in omni sua forma diligenter et fideliter in ecclesia de Vredene coram conventu et populo ac ministerialibus dictae ecclesie [sum]us cum sollempnitatibus adhoc debitis et consuetis executi. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum et datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto, feria quinta ante festum beate Marie Magdalene.

Orig., stark abgeblättert; 2 Siegel ab; Lade 217, 1 Nr. 15.